ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1544

Igreja de Santa Maria do Zezere.União por 30 anos...rendas que passaram para o Colégio de Évora;para 15 clérigos ou estudantes pobres,em beneficio e utilidade dos povos da diocese.

Gav. 5-B - Maço 1-N.º 7

ALOYSIUS L

ippomanus dei et aplicae Sedis gra Epus Methonen et Coadiutor Veronen [illegible], ac ad serenissimum Principem Joannem Portugalliae et Algarbio
rum Regem Illustrem, ac vniversam Portugalliam, necnon ad omnia & singula eiusdem Joannis Regis Dominia, ac ad quaecunque alia quae nos declinare contigerit Regna, Provincias, Terras, et loca, sanctissimi Dni nri Papae et eiusdem Sedis, cum potestate Legati de Latere Nuncius. Serenissimo Principi & Reverendissimo dno Henrico
Portugalliae Infanti Archiepo Eboren salm in dno Sempiternam. Vel egregiae tuae, praeclaraeque cogitationes, atque ardor mentis eximius, et propensus erga optimarum artium studia, atque in omnia pietatis officia erectus animus, vel ea quae in te summa sunt, cum generis splendore, et amplitudine coniuncta, maximarum
virtutum ornamenta, nos vehementer hortantur, ut votis tuis, quibus celeberrimum huius Regni bonarum lrarum domicilium, tuis vere regiis opibus ad multorum studiosorum, cum divini cultus augmento, utilitatem ornetur cum dignitate, illustretur et augeatur, deinde hominum alioquin omni ope destitutorum ingenia
natiis artium liberalium disciplinis excolantur, atque ex inscitiae tenebris, in quibus aliquandiu demersa iacuerunt, aliquando tandem excitentur, tum vero quod uno potissimum praestare debemus a falsi caligine secernatur, et elucescat, aequum ab iniquo, qua una ac maximorum Regum imperia illesa diutissime conservata durant et
continentur, atque florentissimarum Civitatum Respublicae feliciter administrantur in ocio et tranquillitate seiungatur. Sacrorum deinceps vatum oracula, et caelestis philosophiae dogmata pure casteque ad bene beateque vivendum hauriri et intelligi, atque aeterna tandem, nulloque aevo interitura bona spectari possint, liben
ter, propensoque animo assentiamur, eaque benevolo favore prosequamur, atque amplectamur. Cum itaque parochialis Ecclesia Abbatia nuncupata Sanctae Mariae de Zezere Portugallen dioc ad quam dum pro tempore vacat, praesentatio personae idoneae in ea ad ptationem hmoi per loci ordinarium instituendae, tibi moderno et
pro tempore existenti Abbati, ac dilectis nobis in Chro Conventui Monasterii de Tavanca dictae dioc de antiqua et approbata hactenusque pacifice observata consuetudine pertinet et spectat, per liberam resignationem dilecti nobis in Chro Gasparis Ferdinandi nuper ipsius Ecclesiae Rectoris Abbatis nuncupati, de illa quam tunc obti
nebat per dilectum nobis in Chro Didacum Carneiro clicum Portugallen procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nris sponte factam, et per nos admissam vacaverit et vacet ad pns. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu alias summopere desiderans, cum totius ditionis pro tempore
existentis Regis Portugalliae, tum maxime Eboren dioc, cui te praeesse compertum est, Scolarium tum clicorum, tum laicorum, quibus praesertim propter summam rerum inopiam, qua nonnunquam ipsi miserae premuntur, sacris lris, ac aliarum bonarum artium disciplinis operam navare vix, aut nonnisi egre conceditur, alere fo
vere, augere atque amplificare studia, ut eis de opportunae subventionis auxilio pie ac liberaliter provideres, quoddam insigne Collegium, et in suis structuris magnificum, cum sua Capella sub Invocatione Sancti Spiritus in vniversitate Studii generalis Colimbrien in quo Scolares praefati liberalium artium disciplinis & philosophiae
ac utrique iuri Pontificio et Civili, ac sacris lris, ac alias iuxta providam per te desuper faciendam ordinationem, perpetuis futuris temporibus operam impenderent, opere admodum sumptuoso tua impensa construere et aedificare caeperis, et iam prope ad summam, seu quod aiunt, ad vmbilicum perduci feceris. Si tibi Collegium cum Capella
hmoi sub dicta Invocatione cum campanili humili et Campana, si tibi videbitur, perfici faciendi licentia concederetur, seu pro potiori Cautela, Collegium cum Capella hmoi sub Invocatione pro uno Rectore et uno Capellano ac duodecim vel pluribus seu paucioribus Scolaribus et collegialibus clicis seu laicis ad tuam praesentationem quoad
vixeris, et post tuum obitum ad personae seu personarum per te nominandarum nutum ponendis et amovendis, qui iuxta providam per te desuper faciendam ordinationem Rector vel Collegium Capellanum et Scolares ac collegiales provide regeret et administraret, ac Capellanus missas et alia divina officia celebraret, et alias ipsi quae
tibi bene visa erunt statuenda et ordinanda, omni ex parte exequerentur, et ibidem deservirent, Scolares et Collegiales vero praefati liberalium artium disciplinis et philosophiae, utrique iuri Caesareo et Pontificio, ac sacris lris perpetuis futuris temporibus operam impenderent, aplica auctoritate erigeretur, et institueretur, Ac
Ecclia praedicta eisdem Collegio et Capellae partim pro earum dote, atque onerum eis pro tempore incumbentium supportatione, partim pro Rectoris et Capellani ac Scolarium et Collegialium praedictorum manutentione, sustentatione, et alimonia ad aliquot annos uniretur, annecteretur, et incorporaretur, ex hoc profecto lrarum
propagationi, accessioni et augmento, ac pauperum Scolarium inopiae non mediocriter consuleretur, et inde uberes in ecclia domini fructus emanarent, ac divinus cultus non poenitendum susciperet incrementum. Quare pro parte tui asserentis fructus redditus et proventus dictae Ecclae et illi forsan annexorum Trecentorum Duca
torum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi Collegium cum Capella sub Invocatione hmoi cum campanili humili et campana, si tibi videbitur, perfici faciendi licentiam concedere, et seu pro potiori cautela, Collegium cum Capella hmoi sub
dicta Invocatione, ut praefertur, erigere et instituere, ac eisdem Collegio et Capellae sic erectis ecclesiam praedictam usque ad Triginta Annos a dat. pntium computandos duntaxat unire annectere et incorporare, ac alias in praemissis opportune providere benigne dignaremur. Nos igitur qui lrarum propagationem, et divini cultus augmen
tum sinceris desideramus affectibus, Te a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum pntium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, Necnon Collegii et Capellae
hmoi fructuum reddituum et proventuum, veros annuos valores presentibus pro expressis habentes, Tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Tibi Collegium cum Capella hmoi sub dca Invocatione cum campanili humili et Campana si tibi videbitur, perfici faciendi, aplica auctoritate praefata, qua per lras Aplicae Sedis fungimur in hac parte
tenore pntium licentiam concedimus & facultatem. Et seu pro potiori cautela Collegium cum Capella hmoi sub dca Invocatione pro uno Rectore et uno Capellano, ac duodecim seu pluribus, aut paucioribus Scolaribus et Collegialibus clericis seu laicis ad tuam praesentationem quoad vixeris, et postquam ex hac vita decesseris ad personae seu perso
narum per te nominandarum nutum ponendis et amovendis, qui iuxta providam per te desuper faciendam ordinationem, Rector videlicet Collegium, Capellanum, Scolares et Collegiales regat et administret, Ac Capellanus in dicta Capella missas et alia divina officia celebret, ac etiam administret, Ac alias tam Rector quam Capellanus
quae tibi bene visa erunt statuenda et ordinanda omni ex parte exequantur, ac ibidem deserviant, Scolares et Collegiales vero praefati liberalium artium disciplinis philosophiae, utrique iuri pontificio et Caesareo, ac sacris lris perpetuis futuris temporibus operam impendant, auctoritate et tenore praemissis erigimus et instituimus. Ac
Ecclesiam praedictam sive ut praemittitur, sive alias quovis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per similem resignationem dicti Gasparis, vel cuiusvis alterius de illa extra romanam Curiam etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Joannis Papae Vigesimi Secundi, quae
incipit Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod eius collatio iuxta lateranen statuta Concilii ad Sedem praedictam legitime devoluta, ipsaque ecclia dispositioni aplicae specialiter, vel alias praeterquam ratione vacationis illius apud Sedem
eandem, aut familiaritatis continuae commensalitatis Sanctissimi Dni nri Papae, aut alicuius Cardinalis viventis, cuius consensus requirendus foret, aut officialis dictae Sedis officium suum actu in dicta curia exercentis generaliter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cuius statum pntibus haberi volumus pro ex
presso pendeat indecisa, dummodo tempore dat. pntium non sit in ea alicui specialiter ius quaesitum cum annexis hmoi, ac omnibus iuribus et pertinentiis suis, ad hoc tui, ac dilectorum nobis in Chro Prioris et Fratrum dicti Monasterii per eundem Didacum procuratorem vrum a vobis respective specialiter constitutum
expressus accedat assensus, eisdem Collegio et Capellae pro illorum dote, atque onerum eis pro tempore incumbentium supportatione, ac Rectoris et Capellani, necnon Scolarium et Collegialium praedictorum manutentione, sustentatione et alimonia usque ad Triginta Annos ut praefertur computandos duntaxat, Ita quod iuxta
providam tuam faciendam ordinationem liceat interim Rectori pro tempore exnti dicti Collegii duas tertias partes omnium et singulorum fructuum reddituum proventuum iurium obventionum et emolumentorum ac anniversariorum dictae Ecclae per se vel alium seu alios propria auctoritate percipere, colligere, exigere &
levare, seu locare et arrendare, ac ad firmam annuam dare, illasque in Collegii et Capellae, ac suam et Capellani, necnon Scolarium et Collegialium hmoi commodam sustentationem, ac alias iuxta similem ordinationem per te desuper faciendam, Dioecesani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita, convertere;
Pro eodem tamen Gaspare quoad vixerit et post eius cessum vel decessum, aut quamlibet aliam dimissionem vel amissionem pro uno alio pro tempore exnte ipsius Ecclae Vicario perpetuo per Abbatem et Conventum praefatos interim Ordinario loci praesentando, et per dictum ordinarium in ipsius Ecclae perpetuum Vicarium
instituendo, qui tam Gaspar, quam alius pro tempore existens ipsius Ecclae Vicarius omnia et singula eidem Ecclae incumbentia onera perferre, et eidem Ecclae personaliter et non per substitutum deservire teneantur, reliqua tertia parte omnium et singulorum fructuum reddituum proventuum iurium et obventionum
et emolumentorum, ac anniversariorum dictae Ecclae per eundem Gasparem et alium pro tempore existentem Vicarium propria auctoritate percipienda exigenda et levanda ac in suos vsus et utilitatem convertenda, Necnon assento et passalibus dictae Ecclae remanentibus et reservatis aplica aucte et tenore praemissis
unimus, annectimus, et incorporamus. Necnon pro Collegii et Capellae, ac Rectoris, Capellani, Scolarium et Collegialium ac aliorum bonorum et servitorum, necnon aliarum personarum in dco Collegio pro tempore degentium felici statu et votiva ac salubri directione, protectione, gubernatione, regimine et admini
stratione, Tibi ut quaecunque statuta, ordinationes, et institutiones, licita tamen et honesta ac sacris canonibus non contraria, quoties tibi videbitur edere condere statuere et stabilire, ac edita et condita, necnon statuta et stabilita, prout rationi consentaneum videbitur mutare, et alterare, ac in melius re
formare libere et licite valeas, eisdem auctoritate aplica et tenore concedimus et indulgemus, Ac postquam edita, condita, statuta, stabilita, mutata [illegible] confirmamus, Necnon omnes et singulos tam iuris, quam
facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem supplemus. Quocirca dilectis nobis in Chro Bracharen et Colimbrien ac Portugallen Officialibus per haec nra imo verius aplica scripta committimus, et mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios pntes lras, et in eis contenta quaecunque
ubi et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte tua, seu eorum quorum intererit, fuerint requisiti, solenniter publicantes, tibique et aliis quorum intererit, in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nra pntes lras, et in eis contenta hmoi firmiter et inviolabiliter observari, ac singulos quos pntes
lrae concernunt illarum effectu pacifice frui et gaudere, Non permittentes te seu eos, quorum interest, seu intererit desuper per quoscunque contra earundem pntium tenorem quomodolibet molestari, Contradictores quoslibet, molestatores, et rebelles per censuras ecclesiasticas et alia opportuna iuris remedia, appellatione
postposita compescendo, Invocato etiam ad id si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus illa per quam idem Sanctissimus Dnus nr dnus Paulus divina providentia Papa tertius dudum inter alia voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam
beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, ac piae memoriae Bonifacii Papae octavi, qua praesertim inter alia cavetur, ne quis extra suam Civitatem et dioc, nisi in certis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine dioc ad iu
dicium evocetur, seu ne iudices a Sede deputati praedicta extra Civitatem et dioc in quibus evocati fuerint contra quoscunque procedere, seu alii vel aliis vices suas committere praesumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate pntium non trahatur, et aliis consti
tutionibus et ordinationibus aplicis contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hmoi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictae sedis, vel legatorum eius lras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet
sit processum, quas quidem lras et processus habitos per easdem et inde secuta quaecunque ad dictam Ecclesiam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum praeiudicium generari, Et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et lris aplicis generalibus vel specialibus quorumcunque
tenorum existant, per quam pntibus non expressa vel totaliter non inserta effectus hmoi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nris lris mentio specialis. Volumus autem quod elapsis Triginta Annis hmoi vnio, annexio et incorporatio praedictae dissolutae sint
et esse censeantur, ipsaque Ecclia in pristinum statum revertatur eo ipso, Et insuper quicquid secus super his a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari ex nunc irritum et inane decernimus. IN QVORVM fidem praesentes lras fieri, nrique sigilli, quo in Talibus utimur, appensione
communiri iussimus. Dat. Eborae Anno Incarnationis Dnicae Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto Pridie Klens Januarii, Pontificatus sanctissimi in Chro Pris et Dni nri, Dni Pauli divina providentia Papae Tertii Anno Undecimo, pntibus ibidem Dnis Joanne Maria de Caligariis et Georgio Recorda clicis Ferra
rien et Placentin respective Civitatum, Testibus ad praemissa vocatis specialiter atque rogatis.

Jo. Quintus Abbtor et pubcus apca aucte Notarius.
Gratis ubique De mandato R.mi Dni Nuncii.

. A. Nuncius Aplicus .

Pro Secr.o Georgius Recorda

Gratis de Man.to R.mi Nuncius

Suprascriptus Ser.mus D. Henricus Princeps soluit pro Annata in manibus R.mi D. Nuncii Ducatos Centum — Franc.s Capotius

Anno a Natiuitate Dñi M.D.XXXXV[illegible] ero septimo Januarij. D. Gaspar Ferdinandi resignationi
retroscriptæ et serenissimus et R.mus Dñus Henricus Infans et Archiepiscopus Elboren nec non Prior
et fratres monasterij de Trauanca retroscripti unioni retroscriptæ p dnum Didacum eorj respectiue
procuratorem substitutum sponte et respectiue consenserunt juraruntq.

— Franc.s de Ceronis not.s

ARCHIVO DE LA UNIVERSIDAD DE SALAMANCA